246005

Skrzypkowski Obligatio

Coram officio et Actis Capitan. Castren. Capitan. Bransken. personaliter constituti Nobiles Mathaeus et Stephanus olim Alberti Wiercienski Sanus mente et corpore existens a foro suo proprio recedens et huic se incorporans publice liberequ recognovit. Quia Nobili Gregorio olim Georgij Skrzipkowski et ipsius posteris bonorum suorum in bonis Wiercienie sitorum in oni... campo per tres medios mansos prout extenduntur dictos Ostrowskie inter metas Kiwinski et Wiercienski iacen. Cum omnibus utilibus attinen. omnique iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario nihil ibidem sibi et suis successoribus aut alicuipiam reservando et excipiendo in viginti florenis ad exemptionem obligationis inscripsit et invadiavit. Iuxta illi exemptione admittit. Pacem tuitionem evictionem ab omnibus impedimentis invicem cavet. Sub vadio simili. Pro quo quidem vadio luitur existendo aut eius successores lucti existendo coram officio ... peremptorie absque iuris remedijs respondere se submisit. Et ... inscriptionem ex libris Actis acceptam ad Acta Terrestria ... transferre consensit.

Wiercienskiei Reformatio.

Coram officio et Actis ... Castren. Capitan. Bransken. personaliter constitutus Nobilis Gregorius olim Georgij Skrzipkowski Sanus mente et corpore existens a foro suo proprio recedendo et huic se incorporans publice liberequ recognovit. Quia Nobili Raina Wiercienska ... Alberti filia consorti sua ... dotis ... eam accepta et in bona sua importata in medietate omnium bonorum suorum mobilium et immobilium habitorum et habendorum. Centum florenos polon. dotalicij et viginti florenos dotalicij inscribit reformat assecurat more aliorum dotalitiorum hoc in Regno Poloniae observari solitorum. Personali sua recognitione in praemissis mediante.